



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Theologia Moralis

Antehac ex probatis Auctoribus breviter concinnata

Busenbaum, Hermann

Coloniæ Agrippinæ, 1707

Q. 30. An aliquis possit à Religione dimitti sub conditione in certis casibus
reincidendi in vota.

urn:nbn:de:hbz:466:1-42600

Superiorum loci illius, quò destinabuntur, uti habetur ibidem v. *professi*, §. 2. Quòd si professus Societatis cum facultate Generalis transferit ad Ordinem A., Generalis Societatis non potest amplius illi dare potestatem transeundi ad Ordinem B., quia jam non est amplius subditus Societatis, sed Ordinis A., *Lugo* l. 4. dub. 41. Hinc etiam impedire non potest talem transitum.

§. X. Privilegium, ex quo Societas JESU mittere potest professum ad alium Ordinem, non extenditur, ut mitti possit ad Ordines Militares vel Hospitalarios, uti ex responso S. Congregationis notant *Roder. & Lugo* n. 4.; Si autem id petatur à Papa, necesse est de hoc facere mentionem, quòd fuerit Societatis, *Lugo* n. 7. & 9. 195

§. XI. Si Religiosus Societatis JESU cum venia Generalis transferit & professus sit in alio Ordine, ac postea ab hoc redeat ad sæculum vel ad laxiorem Ordinem transeat, Societas potest contra ipsum procedere uti contra alios apostatas, uti habetur in *Comp. Privileg. supra* v. *Apostata* §. 11. 196

Plura circa transitum ab uno ad alium Ordinem videri possunt apud *Castrop.* toto p. 27.

Q. 30. *An aliquis possit à Religione dimitti sub conditione in certis casibus reincidendi in vota. R.* 197
 Quæstio procedit de Religiosis Societatis JESU necdum professis, v. g. an possit Scholasticus dimitti sub conditione reincidendi in obligationem votorum, si ad talem urbem redierit; & rectè negat *Lugo* in *Resp. Mor.* l. 4. d. 23., quia intermedio tempore non est Religiosus, ergo nec potest iterum fieri sine nova admissione, nova probatione & novo consensu suo; imò posset interea contrahere impedimentum essentialia, ergo quamvis lubens actu rediret, non ideo iterum fieret Religiosus.

DU-